



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 31. Appellationes ad Papæ Nuntios Cæsareo edicto restrictæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

„ut nemini ex eo aliquod jus acquisi- Sæc. XVII.  
„tum fuisse, nec esse, minusque ullo A. C. 1707.  
„tempore acquiri posse censendum sit,  
„atque ita sane tradita Nobis ab omni-  
„potenti Deo autoritate decernimus,  
„& declaramus; ac nihilominus ad  
„abundantiorem cautellam, & quate-  
„nus opus fit, præmissa omnia, si, ut  
„præfertur, gesta sint, vel gerantur  
„in futurum, eadem autoritate dam-  
„namus, reprobamus, rescindimus, ir-  
„ritamus, viribusque, & effectu peni-  
„tus ac omnino vacuamus cum omni-  
„bus inde secutis, & quæ in posterum  
„forsan attentari contigerit, ac insu-  
„per contra ejusmodi gesta ac gerenda,  
„deque eorum nullitate coram Deo ma-  
„jori, qua possumus, efficacia prote-  
„stamur. Porro hanc animi nostri de-  
„clarationem firmamque sententiam  
„omnino volumus, & fraternitati tuæ  
„præsentium tenore mandamus, ut in  
„ipsis Imperii comitiis palam omnibus  
„facias, & ad perpetuam posterorum  
„memoriam publicis etiam imperialis  
„Cancellariæ tuæ actis inferas. ,,

§. XXXI.

*Appellationes ad Papæ Nuntios Cœ-  
fareo editio restrictæ.*

Ss 5

Quam-

Sac. XVII. Quamvis summi Pontifices  
A.C. 1707.

Theair. Eu-  
rop. t. 18.  
pag. 127.  
Seff. 24.  
c. 20. de Ref.  
Gottfrid  
Hist. Chron.  
cont. p. 668.  
lib. 15.

tione fui Primatus jus ad se tan-  
quam ad Judicem superiorem appelle-  
landi sibi asserant, idque Canone III.  
Sardicensis Concilii stabilitum credant.  
transmarinis tamen ejusmodi appelle-  
lationibus non modo antiquitus Patres  
Africani, sed & novissime Galli, &  
Germani tam in Conciliis Ecclesie  
quam in comitiis Imperii fese oppolu-  
runt, easque ipsa Synodus Tridentina  
arctioribus circumscriptis limitibus:  
nihilominus nimium adhuc frequentes  
eiusmodi appellations in caussis etiam  
profanis mixtique fori ad Pontifices  
eorumque Legatos seu Nuntios in Ger-  
mania invaluere, atque exin non rati-  
lites longius protractae, Episcoporum,  
Principum ac Judicium laicorum poti-  
tas imminuta, & judicii ordo intri-  
turbatus fuit, non sine maximis dif-  
ficiis inde exortis, unde haud minum  
quod Imperatores & Princes Ger-  
mani continuo, omnique contentione  
fese ejusmodi appellationibus oppole-  
rint, ac Nuntiorum & Curiae Romane  
sententias omnino nullas, irritasque  
declararint. Nec tamen appellandis  
pruritus his decretis coercitus erat  
qua propter hoc quoque anno Josephus  
Imperator literis ad diversos Episcops  
datis, nechon publicis edictis inhibi-

ne deinceps Episcopi, aut eorum Offi- Sæc. XVII.  
ciales in rebus profanis ad Ecclesia- A. C. 1707.  
stica Tribunalia, Nuntios Apostolicos,  
aut Curiam Romanam appellarent,  
secus, omnes horum sententiae pro ir-  
ritis habendæ. Reipsa anno sequenti  
in Judicio Aulico sententia Romana in  
caussa Amersbeckii & Schreiberi, nec-  
non alia eodem anno die decima sexta  
Maij in caussa Grassi contra Wernckin-  
num tanquam nulla fuit declarata.  
Hac etiam ex caussa, necnon ob alias  
plurimas rationes eodem anno Cæsarem  
inter & Papam dissidia, quæ aliquam-  
diu sub cineribus glisebant, in aper-  
tum eruperunt belli incendium, quod  
brevi tamen per amicam utriusque par-  
tis compositionem restinctum est, uti  
paulopost memorabimus.

### §. XXXII.

#### *Scriptorum religione Catholicorum opera & decessus.*

Inter Scriptores Catholicos, quorum *Niceron.* es-  
mortem Respublica literaria etiam *rud. Vir.*  
*num deplorat, præcipuus est Joannes* *t. 7. p. 417.*  
*Mabillonius operum multiplicitate, ac* *La Cerf Bibl.*  
*præstantia longe celeerrimus, ac in-* *Hist. p. 286*  
*clytum Benedictinæ Congregationis* *Dupin. noui*  
*S. Mauri decus atque ornamentum.* *Bibl.*  
Hic nullum quidem in claustro tenuit  
digni-